

BRARUM, UBI UMBRA MORTIS ET NULLUS ORDO, SED SEM-
PITERNUS HORROR INHABITAT. Poëticè describit regno-
nem mortis, quæ vulgi opinione tenebris, miseris et
horrore scætat; neque ullus ibi ordo, cum neque ex
statu, neque ex consuetudine, neque ex pietate, neque ex
scientiâ, neque ex eloquentiâ, neque ex ullo certo ca-
pite clemur. Ita Firmus noster. Plurimæ hæc ad litte-
ram de umbris mortuorum sepulcris diæta accipi-
unt, à quibus neque horror neque caligo abest; sed
placet magis cum Sancto nostro, ut propriè hic de
inferni penis agatur, quò gravissimum Patrum et
interpretum inclin sententia. Ac imprimis S. Hiero-
nymus: Quod terram, inquit, inferorum descripse-
rit nulli dubium. Nullus ordo ibi est vite. Tene-
chrosa est procul dubio velut carcer, in quem pecca-
tores et impij, qui lucem odio habuerunt, et te-
nebrarum filij contrudentur. Quæ terra caligine
mortis operata est, ut clausi in poete æternâ nullam
penitentiam lucem aliquam aspiciant. Cum S. Hiero-
nymo sentit S. Gregorius lib. 9. Moralium, cap. 43
et sequentibus. S. Thomas in expositione secundâ,
S. Augustinus in Annotationibus in Job penas intelli-
git æternas, et indicat quod verum est illud: *Anteq-
quam vadam*, idem esse atque, *ne vadam*. Sic enim
exponit: « Vult requiescere antequam eat in penas
æternas, ad hoc utique non eat; quemadmodum
« si dicamus alicui: Corrige te antequam damneris;
« non enim cum se correxerit damnabitur. » Per hæc
itaque dicendi formulam: *Antequam vadam*, etc.,
non significat sanè se postea iturum; sed anteverit
penitentiam, ne abeat; quam antequam abiret,
agere vole consilium fuit. Simili omninò sensu et lo-
quendi ratione de S. Josepho et B. Virgine dicit Evan-
gelista Matth. 1, 18: *Antequam convenirent, inventa est
in utero habens de Spiritu sancto*, quibus ex verbis
non ducitur argumentum (ut ibidem bene probat
S. Hieronymus), ut purissima Virgo et castissimus
ejus sponsus postea convenirent, sed Scriptura quid
factum non sit ostendit. Jam verò cum hoc planè
casto tartari timore bene concevit spes descendens ad
Limbum Patrum, ubi candidissimam Christi lucem
decreto tempore apparituram firmius quam dici queat
vir justissimus speravit.

non sunt. Et expertem vicissitudinum, nempe in tempo-
ribus; perpetua ibi nox est. Vel sic: nullus ibi
ordo inter homines, rex et servus pariter jacent; etc.
Non ex statu clarum, non ex consuetudine, nulli gradus;
omnes exceptat mors.

SEMPITERNUS HORROR INHABITAT. וְיִשְׁכְּן שָׁמַיִם
אֶתְּ, vel sed, tenebrosus quasi caligo; per antiphrasin,
splendere pro obtinere; ut supra benedicere pro
maledicere. Sed caligine conspicua est, et lacet velut
caligo, i. e., tota caliginosa est. Cujus splendor est
caligo; וְיִשְׁכְּן אֶתְּ est nomen, non verbum, idem quod
וְיִשְׁכְּן. Alii aliter: Ubi illucet (vel, cum maxime splen-
det, potius, quæ cum splendet, nam verbum וְיִשְׁכְּן
est femin. et retorquet ad nomen וְיִשְׁכְּן; quo, si lacet,
est quod in ea splendet, id vitæ quod in ea est), est
sicut caligo, cuius lumen est sicut caligo, ac si caligo
eam obtineat, id est, nox ibi perpetua est, ut loquuntur
poetæ. Nil splendoris ibi invenitur. Nulla,
ut in hæc vita, lucis et tenebrarum vicies.

(Synopsis.)

Ceterum hæc graphica est inferni descriptio, in
quâ notanda est quaterna tenebrarum repetitio, tene-
bræ, caligo, umbra et horror. Tenebrosa sanè terra
est sine ullo vel minimo lucis radio, quia ignis ille
calorem habet et concremat, lucem non habet, nec
radiat, nisi quoad personæ tristes, ac vultus illi te-
trici, et nocti similes, ut ait S. Basilus, videantur.
Meritò igitur illam Job vocat *terram tenebrosam*, et
operam mortis caliginem. Per mortis caliginem intelligit
hoc loco D. Thomas originale peccatum; et cætera
mala poenæ ac culpæ, quæ ex ipso proveniunt. Cogita
igitur locum peramplum, et hunc totum repletum te-
nebris et peccato. Locus etenim ille totus est velut
massa peccati eundem replens, ut quoquò te veritas
non nisi peccatum videas, blasphemias et maledi-
ctiones audias; nam ut in peccato miseri moriuntur,
sic in eo miserimè perseverant.

TERRAM MISERIE ET TENEBRARUM. Miseria quidem,
inquit ibidem D. Thomas, quantum ad penas quas
ibi patiuntur damnati, tenebrarum verò, quantum ad
earum principes qui ibi regnant. Illa nimirum propriè
est terra miseriæ, quam nulla sublevarit misericordia.
Ibi edax flamma comburit, quos hic æternis delectatio
polluit, inquit Gregorius. Terra tenebrarum, in quâ
ipsi principes tenebrarum dominantur.

UBI UMBRA MORTIS. D. Thomas, similitudo mortis;
Albertus, agonia perpetua mortis; D. Gregorius, erit
miseris mors sine morte; desiderant mortem, et
mors fugiet ab eis: *Mors depascet eos*, Psalm. 48, 13.

ET NULLUS ORDO. Quod per se solum poetæ infer-
num constituerent. Nam quid aliud propriè esse potest
quam infernus locus, in quo nullus sit ordo? Non
est ibi ordo naturæ, quæ sine mediò extremorum
transitum non admittit: ibi enim ab aquis nivium
transcunt ad calorem nimium: id quod intensissi-
mum auget dolorem, ex pugna scilicet extremorum;
ut patet in manu gelidissimâ ad ignem admotâ. Item
ordo naturæ duo in eodem subjecto contraria in
gradu intenso non admittit; sed ibi sunt multa con-
traria simul. *Aque arderent igni, ut notum fiet no-
men tuum inimicis tuis*, Isaiæ 64, 2. Sic calor et fri-
gus, labor et otium, desiderium et odium ejusdem rei
quod desiderant. Locus confusionis et Babylonia,
ubi nullus ordo charitatis, nullus ordo poenarum.
Ita enim, teste Gregorio, supplicia per Dei jus-
titiâ ordinata in mente damnatorum ordinata non
sunt.

SEMPITERNUS HORROR INHABITAT. Si post millia
millium annorum finem haberent poenæ, felix fau-
stumque vobis esset, ô damnati; poenæ vestræ
non essent sempiternæ; si post millia millium ac millium
annorum inciperent vel insensibiliter minui poenæ,
felices adhuc forent; sed sempiternus horror inhabitat.
Quamdiù divina justitia perdurabit, tandiù durabunt
poenæ. *Justitia tua justitia in æternum*, Psal. 118.
O æternum! ô æternum! *Qui poterit habitare de vo-
bis cum igne devorante, et cum ardoribus sempiternis?*
Isaiæ 33, 14.

Hoc igitur irudens sit consilium in hoc genere, ut

ante mortem tempèstivè penitendo delicta nostra ex-
piemus: in quo omnis mora dilatioque nimium pericu-
losa est. Nam multa hominum millia, cunctando et
differendo penitentiam, rem funditis perdidit. Et
si tandem in antiquâ memoriâ Fabij cunctatio illa
consecuta est, valeat in bello, ut temeritati via in-
tercludatur; verum jaceat in penitentiae castris et
virtutum expeditione, in quâ dictum aureum Alexan-
dri Magni audiendum et sequendum est: qui poten-
tissimus fortissimusque princeps cum rogaretur, quan-
tum modo tam brevi temporis intervallo universum
orbem domisset: *Μὴ δ' ἀναβῶλλόμενος, nihil cun-
ctando*, inquit, nihil procrastinando. Hauserat dic-
tum atque prudentiam fortè à præstanti poetâ Hæ-
siodo, cuius in operibus illud est arcanae sapientiæ
præceptum: *Μὴ δ' ἀναβῶλλοιοσθαί τις ἄσπετος, non differ-
endum in crastinum*. Denique nusquam est effatum
illud verius quam in penitentia et virtutum actioni-
bus, quod Herous in Historiâ vates Lucanus lib. 4,
cecinit:

Semper nocuit differre paratis.

Hæc atque similia meditari oportet eos, qui sibi in
vitiâ atque morte consultum esse voluerint; ut non

CAPUT XI.

1. Respondens autem Sophar Naamathites,
dixit:

1. Numquid qui multa loquitur, non et au-
diel? aut vir verbosus justificabitur?

2. Tibi soli tacebit homines? et cum cæ-
teros irriseris, à nullo confutaberis?

3. Dixisti enim: Purus est sermo meus, et
mundus sum in conspectu tuo.

4. Atque utinam Deus loqueretur tecum, et
aperiret labia sua tibi,

5. Ut ostenderet tibi secreta sapientiæ, et
quòd multiplex esset lex ejus, et intelligeres
quòd multò minora exigaris ab eo, quam me-
retur iniquitas tua.

6. Forsitan vestigia Dei comprehendes, et
usque ad perfectum Omnipotentem reperies?

7. Excelsior cælo est, et quid facies? pro-
fundior inferno, et unde cognosces?

8. Longior terrâ mensura ejus, et latior
mari.

9. Si subverterit omnia, vel in unum coar-
claverit, quos contradicet ei?

10. Ipse enim novit hominum vanitatem, et
videns iniquitatem, nonne considerat?

11. Vir vanus in superbiam erigitur, et tan-
quam pullum onagri se liberum natum putat.

12. Tu autem firmasti cor tuum, et expan-
disti ad eum manus tuas.

expectent, donec caligine lumina obducantur, et
sensus vigor deficiat, et obsolescat usus rationis;
sed occupent et, propè dicam, experiantur illum sta-
tum priusquam eveniat. Hoc qui sæpè in vita fecerit,
multò erit in morte robustior ad sustinendam formi-
dabilium rerum impressionem, et jucundum ejus
consolationis percipiet. Dictum est D. Cypriani, epist.
52, sanè aureum, quod præstaret in omnium animis
altè inscribi: *Nec dignus est in morte accipere solatium
qui se non cogitavit esse moriturum*. Est quies quod-
dam sapientie longè clarissimum, arque una om-
nium excellentissima, bene mori: quæ subito atque
uno die non discitur. De quâ verè dici potest quod
pronuntiat de bellicâ scientiâ Cassiodorus, epist. 40: *Ars
bellandi si non prælaudatur, cum necessaria fuerit
non habetur*. Est ergo mortis præmeditatio necessaria,
de quâ pulchrè S. Leo, serm. 5 de Jejunio septimi
mensis: *Hæc sollicitissima meditatio debet esse sa-
pientis, ut quoniam breves dies istius vite, et in-
certa sunt spatia, nunquam sit mors morituro im-
provisa, nec inordinatum incidat finem, qui se novit
esse mortalem.*

CHAPITRE XI.

1. Sophar de Naamath parla ensuite de cette sorte :

2. Celui donc qui parle beaucoup n'écouterait-il pas aussi
à son tour? et suffira-t-il à un homme d'être un grand
parleur pour paraître juste, et pour avoir gagné sa cause?

3. Pensez-vous que tous les hommes doivent se taire
pour vous laisser parler seul? et croyez-vous qu'après vous
être moqué des autres, et avoir méprisé leurs sentiments et
leurs conseils, il n'y aura personne qui vous confonde, et
qui fasse voir la fausseté de vos raisonnemens? C'est ap-
paremment l'égarément où vous jette la bonne opinion que
vous avez de vous-même;

4. Car vous avez dit à Dieu: Mes paroles et mes actions

sont pures, et je suis sans tache devant vos yeux.

5. Qu'il seroit à souhaiter, pour confondre un langage
si plein d'orgueil et de vanité, que Dieu parût lui-même
avec vous, et qu'il ouvrît sa bouche,

6. Pour vous découvrir les secrets de sa sagesse, et la
multitude des préceptes de sa Loi, pour vous faire voir le
double feuillet de ses copies, où est écrit ce que vous avez
déjà payé à sa justice et ce que vous lui devez encore! Vous
comprendriez alors qu'il exige beaucoup moins de vous que
ne mérite votre iniquité. Je vous croiroi qu'elle vous est
cachée, et que vous ignorez les raisons que Dieu a de vous
 châtier avec tant de sévérité;

7. Mais prenez-vous sonder tout ce qui est caché en
Dieu, et connaître parfaitement le Tout-Puissant?

8. Il est plus élevé que le ciel. Que ferez-vous pour l'at-
teindre? Il est plus profond que l'enfer. Comment pénétre-
rez-vous jusqu'à lui, pour le connaître.

9. La longueur de la terre et la largeur de la mer nous
donnent: mais il s'étend au-delà de l'une et de l'autre.
Comment donc vous flatterez-vous de le connaître assez, pour
vous assurer que sa justice ne doit rien trouver en vous à
repréhender ni à corriger?

10. Mais de plus, n'est-il pas le maître de ses créatures?
S'il renverse tout ce qu'il a établi, s'il confond tout ense-
mble ce qu'il avoit rangé par ordre, et s'il fait rentrer toutes
les choses créées dans le chaos dont il les avoit fait sortir,
qui pourra s'opposer à lui? Qui pourra donc aussi l'empê-
cher de renverser celui qu'il avoit élevé, et d'accabler de
monce celui qu'il avoit comblé de biens? Il agit en tout
avec une souveraine puissance, une entière sagesse, une
parfaite justice.

11. Car il connaît la vanité des hommes, et l'ignoré
étant présente à ses yeux, ne la considère-t-il pas attentivem-
ment? et n'en voit-il pas toute l'étendue?

12. Cependant l'homme vain s'élève en des sentimens
d'orgueil, et il se croit né libre comme le petit de l'âne
sauvage. Il s'imagine que Dieu ne peut sans injustice l'as-
sujettir à ses lois, et lui faire porter son joug. Je ne sais
si ce sont là vos sentimens.

13. Mais pour vous au moins, vous avez enduré votre

- 14. Si iniquitatem, quae est in manu tua, absolveris à te, et non manserit in tabernaculo tuo iniquitas :
- 15. Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis.
- 16. Miseria quoque oblivisceris, et quasi aquarum quae praeterierunt, recordaberis.
- 17. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam : et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer.
- 18. Et habebis fiduciam, proposita tibi spe; et defossus securus domies.
- 19. Requiesces, et non erit qui te exterreat; et deprecabuntur faciem tuam plurimi.
- 20. Oculi autem impiorum deficiunt, et effugium peribit ab eis, et spes illorum abominatio animae.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — RESPONDENS AUTEM SOPHAR NAMATHITES DIXIT (1). — VERS. 2. — NUMQUID QUI MULTA LOQUITUR (2), NON ET ACCIDET? AUT VIR VERBOSUS JUSTIFI-

(1) Bis tantummodo verba facit Sophar in hoc libro, capitulis 11 et 20, et nonnulli loquuntur capite 25, 1. Sermo utitur vehementiori quam reliqui; neque contentus Jobi sermonibus contradicere, cumulat insultat. Demonstrare nititur, Deum non fure modo Jobum eadere, sed et punire nititur quam gravitas delictorum mereatur. (Calmet.)

Sophar paulo amarulentius agit et aculeatis quam reliqui; et cum non potest rationaliter respondere ipsi Job, convertit se ad convicia, notans eum ut loquacem, etc. Observa in hoc libro quid quisque superiorum Jobi supra alium dicit. Eliphaz primus reu simpliciter proponit, afflictiones signum esse et potius scelorum Jobi. Bildad adjicit, bonos affligi quidem, sed cum favore, quia ampliori tandem felicitate cumulantur, impiis, etsi aliquandiu forent, miserè tandem pereuntibus. Nunc Sophar, crescente serper oratione, non solum Jobum injustum esse, justique affligi, asserit, sed addit, non esse hujus rei causam inquirendam; sapientiam Dei non posse pervestigari, quia Deus hominum corda scrutatur, ignota retogens, etc., nec idem Jobum injustè affligi à Deo, quod peccata sua ipse non videat, quia impervestigabiles sunt Dei viæ, etc. (Alexandrus.)

(2) An multus verbus, sive multiloquus non ezanditur? seu, feret respondum? q. d. : Annon par est respondere loquaci? **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** non jungitur cum accusativo; unde passivum **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה** est. An verboso non respondebitur? Interrogatio indignantis : An, quia verba multa effudit, putas te omnino ora obturasse?

AUT VIR VERBOSUS, Hebr. : *Vir laborum*, id est, loquax, vel etiam facundus, ut Jobo objicit et verborum copiam, et affectum eloquentiam, quia malum causam colorem nititur. Certè hec phrasus utrumque potest significare.

JUSTIFICABITUR? vel *justus habebitur*? scil. propter loquacitatem suam, quæ se justum demonstrare conatur? Au in multiloquio bonitas et victoria causa sita. (Synopsis.)

cor contra les châtimens de Dieu; et après avoir mururé contre sa justice, vous élevez cependant vos mains vers lui, pour attirer sur vous sa miséricorde. Ce n'est pas là le moyen de l'obtenir.

14. Si au contraire profitant des maux dont Dieu vous afflige, vous haïssez l'innocence et vos œuvres, et si l'injustice ne demeure point dans votre maison, et encore moins dans votre cœur;

15. Vous pourrez alors élever avec confiance votre visage vers Dieu, comme étant sans tâche; vous en serez étonné, vous serez stable par son secours, et vous ne craintrez plus de tomber dans les maux dont vous êtes accablé.

16. Vous oublierez même la misère où vous avez été; et les grands biens dont vous serez comblé, feront qu'elle passera dans votre souvenir, comme un torrent d'eau qui s'est écoulé.

17. Lorsque votre vie semblera être dans un couchant, vous paraîtrez comme le soleil dans l'éclat de son midi; et lorsque vous vous croirez perdu, vous vous leverez brillant comme l'étoile du matin.

18. L'espérance qui vous sera proposée, vous remplira de confiance; et vous dormirez et auez entière assurance, étant par la protection de Dieu, comme environné de profonds fossés, qui vous mettront à couvert des insultes de vos ennemis.

19. Avez vous jouirez d'un repos que personne ne pourra troubler; et votre puissance sera si grande, que plusieurs grands vous supplieront de les regarder favorablement. Il sera votre sort, et celui de tous les justes.

20. Mais les yeux des méchans seront couverts de lèdèbre; ils périront, sans qu'il leur reste aucun moyen d'échapper; et la mort, qui est l'abomination et l'horreur de l'âme, deviendra l'amique objet de leur espérance.

CARITR? Sophar hic Jobum loquacitatis arguit, quod vitium propriè à Grecis **λαλις** dicitur : illud enim est, per quod non solum verba indiscretè, et (ut S. Chrysostomus ait) sine mente proluxè effundunt; sed qui hæc **ῥησολογία** loquendique morbo laborant, loqui semper, tacere nunquam volunt, nec alios loquendi respondendique tempus concedunt. A Platone autem sic definitur : **ἄλλοις λόγοι ἀκαρία λόγου εὐσεπία**, loquacitas est imtemperantia sermonis sine ratione. Ut cum, v. g., seris nuge, profana divinis, in gravissimis disputationibus stulta et puerilia miscerent, excidant multa que offendant, que dicentis existimationem minuunt, que despicientiam et contemptum apud graves et prudentes viros concitent, ita ut videas verborum quidem flumen, sed mentis guttam, id quod festivè Theocritus aiebat de Anaximenes oratione, loquacis hominis et inconsiderati. Istiusmodi ergo lingua temulentiam Sophar hic Jobo temerè impingit, dum illum multa loqui et nil audire asserit.

וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ Plurisque est nomen substantivum, ut vertendum sit : *An multitudo verborum non respondebitur*, feret respondum? Et sanè duobus aliis locis, Prov. 10, 19, Coh. 5, 2, **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** est multitudo verborum. Malo tamen cum Kinchio aliusque Hebræis pro adjectivo habere, ut respondeat **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, idem sit quod **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, Exod. 4, 10. E veteribus jam ita Alexandrinus : **ὁ ἄλλοις λόγοι καὶ ἀκαρία λόγου**. Chaldeus verba hebræica accuratius expressit : *Numquid illi qui multa loquuntur res solus Syrus, cateroquin sensum plano aliam quam hodierni interpretes exprimerent : Multitudinem verborum non erudit, **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** idem qui Cohel 10, 14, **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, male facundus, loquax. In bonam partem, pro facundo, disertò cepit Alexandrinus, qui **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** vertit; rectius verò verbum **וְכִי** interpretatus est : *Quia verba multa effudit, putas te omnino ora obturasse*. (Rossmüller.)*

Multa Job locutus amicus eius videbatur; quæ hæc, que dixerat, non assentiebantur. (Metopichus.)

Est enim proprium loquacis et garruli velle omnia loqui, et nihil audire.

In Hebræo est : *Numquid verboso non respondebitur? Et si vir laborum justus erit? quod Septuaginta sic vertunt : Qui multa dicit, et vicissim audiet? aut etiam eloquens putat se esse justum? Symmachus reddidit : **Μὴ ἐ πολλολόγος ἀναγίγνωσκει λόγον**; id est : *Numquid multiloquus; seu veriosus, sive modè erit cui non respondeatur? Prioris ergo hemistichii sensus apud omnes interpretes est hujusmodi : An quia multiloquus es, idè non erit qui tibi respondeat? Persæpe namque accidit ut ad verbosi hominis orationem sileamus, eò quòd loqui incipiens desinere non possit **αὐδοῦναι**, semper loquens. Posteriori verò hemistichio significatur non esse insons, qui verbosus aut eloquens est; sed qui justam causam tuetur. Nam garrulitate nemo se justum facit apud iudices æquos et juris peritos. Quam sententiam hæc ratio exponit S. Gregorius, lib. 10 Moralium, cap. 2 : *Neque fallacem quidem Sophar sententiam protulit, quòd vir verborus justificari nequaquam possit, quia dum quisque per verba diffultat, perdit gravitate silentii mentis custodiam amittit.* Ubi expendit illud : *Mentis custodiam amittit.* Est nempe silentium animæ custodia, quæ ablata, necesse est ut in animam omnia vita irrepant. Videtur autem S. Gregorius alludere ad illud Genesios, 5, 24 : *Ejecitque Adam, et collocavit ante paradysum volupatis Cherubin, et flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vite.* Est animus noster paradysus, quæ, nec peccata ingredientur, custodit silentium : quod quidem Cherubin dicitur (quia qui silet multa pollet scientiâ) et flammeus gladius, qui vita procul abigit. Vel fortè etiam alludit ad illud 2 Regum 4, 5 : *Et ostiaria domûs purgans criticum obdormivit. Ingressi sunt autem domum lateenter, assumens spicas triticæ, et percusserunt eam in inguine.* En tibi malorum capti : *Ostiaria domus purgans criticum obdormivit.* Quid inde? Ingressi sunt latrunculi, surripuerunt frumentum, id est, alimenta virtutum, et occidunt Miphilboseth. Ablato enim silentio ædificium virtutum ruit, et animus miserè perit, ut pluribus ostendimus supra, cap. 6, vers. 16, ubi animam loquacis et garruli stillantem perire declaravimus. Verùm hoc ipsimet Sophar ac secis evanida idem sanctus doctor, lib. 5 Moralium, cap. 10, testatus est : *Nam cum tacent, inquit, iusti tacebunt; cum loquuntur, à Domino reprobantur; et precipitii locutione perdidit bonum, quod cum loquitur mercedi sum; et non immerito ut ipsos laboreque possi, quam Jobo faciunt.***

VERS. 3. — TIBI SOLI TACEBUNT HOMINES (1). ET

(1) Legit **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, in manu tuâ; et noster textus Hebræus habet **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, nuge tuæ hominibus silentium imponent. Græci legere **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, vertunt enim **ἐν σιωπῇ**, besedietus.

Alii aliter : *Mendacia tua (vel nuga tua, viros sileant, sive tacere faciunt), homines ad silentium adiungunt, dum tu te apud Deum justum facis.* Alii interrogative legunt : *Tibi tacebant mortales? Videlicet tibi soli homines tacebant? An ad mendacia tua (vel ja-*

*cun ceteros irriseris, a nullo confutaberis? Hic versus longè aliter in Hebræo et Græco sine interrogatione effertur. Ac primum quidem hemistichium in Hebræo sic habet : **Μενδация tua mortales obmutescera faciunt.** Mendacia vocans, quòd se justum diceret, nec ullius criminis reum aut affinem agnosceret : item quòd profiteretur se nihil falsi dixisse, omniaque quæ locutus fuisset vera esse. Septuaginta verò longè alio sensu hoc interpretantur : **Ἐδοξοῦντο ἄνθρωποι ἰσαχθῆσαι ἀπὸ τῆς φωνῆς σου, ὅτι ἔλεγες ἀληθείαν.** Quam sententiam accipiunt Græci ut ad Jobum refellendum pertineat, quòd mortem sibi oppasset : S. Augustinus verò refert ad sententiam Jobi, quæ dixit benedictum esse eum qui non dixit vitæ; quasi ad eam Sophar hic alludat ipsum increpando, quòd nimis temerè de rebus soli divinæ providentiæ subiectis decerneret. Posteriori verò hemistichium in Hebræo est : **Subsanas, nec est qui officiat ignominiæ;** q. d. : *Irrides nos, et samis excipis, eò quòd dixerimus te justè à Deo affligi; nec tamen quisquam te adhuc confutavit rubore suffundens.* Hoc Septuaginta transulerunt : **Μη πάλιν ἐν ἔργασι σου ὁ γὰρ ἔστω ἀνευθύνων;** seu, *ne nullus sis in verbis : non enim est qui contradicat tibi.* Quod sic accipit Olympiodorus, ac si dicat : *Nugaris, quando agere cum Deo postulas; nam neque ille tibi respondere, neque nos tæ esse iudicamus.* Sed acriorem longè reddidit sententias) silerent? Pigmæntia tua tacere faciunt? An iactantis tuis (quibus te effers, ut arbor ramosa, vel ut edaphus vastis artibus; tale quid indicat vox **עַצֵּי**) tacebunt? **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** sign. mendacia, iuxta omnes Hebræos, vel, iuxta alios, cogitationes, scil. mendaces; malo pro mendacis. Radix ejus est **מָדַע**, quæ tamen vicina est radici **מָדַע** **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** est admodum generale nomen Hebræis : *ramus, membrum, cogitationem* significat, quòd cogitationes in animâ sint, tanquam rami in arbore, hinc illic protendens; item *mendacem*, ut Isa. 44, 25 : *Num iactantias tuas silentiis prætermittent?**

Et cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis? Et subsanas, vel subsanus, et cum subsanaveris, et te subsannantem vel ingantem.

A NULO CONFUTABERIS? **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, et non erit confutans, vel pudifectus (qui te compestat, et confutet ludibria tua et nugas? Nemo pudore afficeret? (Synopsis.)

Repetendam esse ex versu secundo interrogationem; docet res ipsa. **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, num iactantia tua homines silete faciunt? ad silentium adiungunt? dum tu te apud Deum justum facis, et insana tua innocentia tesium excipis (supra 10, 7), et dum te profiteris nihil iniqui dixerim, nihil in tuis sermonibus falsum inventum iri, supra, 6, 29, 30. Num ista mendacia silentium imponunt te audientibus, quasi hoc credentes jam tibi non ausint respondere aut contradicere? Inter veteres solum Chaldeus rectè vertit : *An mendacia tua viros tacere faciunt? Sed Hieronymus : Tibi soli tacebunt homines? Cepit **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, solum, ut **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ**, Jerem. 49, 51. Syrus : *En! ad verba tua mortali tacebunt.* **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** cum **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** sit, ut Alexandrinus : **Ἐδοξοῦντο ἄνθρωποι ἰσαχθῆσαι ἀπὸ τῆς φωνῆς σου**, vertent, que sententia ab hoc loco planè aliena est, difficile dictu, Hoc unum certum est, quòd tibi illum **וְכִי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת הַמְּלִיץ** legisse, quumque subsannaveris tam nos, ridens quòd te affligi justè dicamus, iam Deum; in eum deprecabans et impia effundens. (Rossmüller.)*

tentiam ista formula interrogandi quæ Vulgatus utitur: *Tibi soli tacebant homines?*

Non satis æquo scilicet animo ferebat Sophar tam longam Jobi orationem, quæ et suam causam tuebatur, et amicorum objectiones ut depellebat aut elevabat: quare in hæc verba veluti defessus expectando indignabundus erupit, q. d.: Æquumne putas, ô hominum audacissime, ut tibi liberè atque procaeciter verba factanti contumeliosa et fatua obloquatur nemo? et, cum aliis subamaris conviciis intemperanter illuseris, nemo tuam in loquendo libertatem coreecat, aut dicta insipienter prolata confutet? Age ergo temperantiùs, et considera apud quos viros inconditè loquaris. Num deceat, ut te solummodo blaterante, alii tanquam ignari aut inertes conticescant? Num æquum sit, ut qui oratione prolata, concitata, impietatis in Deum et arrogantia plena nos asperari visus es, à nemine nostrum objurgeris? Profectò tua procaecitas et audacia ferenda minimè videtur, neque par est, ut ego tibi quæ commueruisti minimè reprobam.

Tibi notandum occurrit intolerabile prosis superbiorum hominum ingenium, intolerabile fastidium, quo illa reprehendunt et insectantur, quæ minis ad illorum sensum aut voluntatem dicuntur: irrideri se putant, si ad suam insaniam alii non convivent: imò si quæ dicta fuerant inscitè et temerè non laudant, etiam cum illis, si Deo placet, in publico ac legitimo foro injuriam agunt. Nihil, ut vides, dixerat Jobus non modestè, nullà in re amicorum nomen aut dignitatem violat; et liberius et contumeliosius acceptos ab illo amicos dicit fuisse Sophar; et tandem dignum, qui de se audiat non dissimilia, imò ut eo loco ac tempore confutetur accerrimè ad pudorem usque.

VERS. 4. — DIXISTI (1) ENIM: PURUS EST SERMO MEUS, ET MUNDUS SUM IN CONSPECTU TUI. Accusat Jobum arrogantia et tumoris in loquendo, ut qui factitasset, neque verbis neque moribus labem ullam contraxisset. Septuaginta pro eo quod Vulgatus vertit: *Purus est sermo meus*, reddunt: *καθαρός ὁ λόγος ἔργου μου*, *purus sum operibus*. Ex quo patet quàm magna sit sermonis operisque cognatio, cum promiscuè unum pro altero in Scripturis usurpetur. Purus ejus sermo est, cuius pura et munda operatio. Falsi sunt, qui in puro sermone gloriantur; et se inaniter jactant, cum luctentia eorum vita sit, feculentis moribus. Eodem spectat Hebraici nominis notio, דָּבָר *dabar*, quæ

(1) Ad Deum scilicet.
PURUS EST SERMO MEUS, וְדָבָר לִי טָהוֹר; *pura*, vel *munda*, vel *sincera*, *inculpata*, *est mea doctrina*, vel, *oratio*, vel, *disciplina*, vel *ratio vitæ meæ*; *puri sunt mores mei*, quidquid ago, dico, doceo. Sed primum colon ad sermonem pertinet, alterum ad justitiam. Nam de utroque erat questio, an Jobus apud Deum justus esset, et an rectè de divinis operibus loqueretur.

ET MUNDUS SUM IN CONSPECTU TUI, vel, *in oculis tuis*, sub, *ô Deus*; q. d.: Nec verbis nec opere peccavi. Sed hoc Jobo immeritò alligat. (Synopsis.)

SERMO MEUS; in Hebræo, *doctrina mea*, quæ vocabatur דָּבָר, *acceptio*, quod per manus acciperetur, sicut à tradendo dicitur דָּבָר *traditio*. (Grotius.)

sermonem simul et rem significat. Unde illud, *disponet sermones suos in judicio*, Maritus vertit, *res suas*, facta scilicet et opera. Simili significatu alibi sæpè hoc nomen gaudet, ut statim colligeremus verba rebus vidua esse non debere, sed in opera vertenda, ad eò ut ob necessarium nexum unius vocis complexu continerentur. Eandem ob causam eadem est *manus*, quæ symbolum operationis est, et *sermonis* affinitas. Nam ubi Vulgatus in Proverbiis legit: *Extendi manum meam*, et non fuit qui aspiceret, Septuaginta veteretur: *καὶ ἔστρεψον λόγους*, et *extendebam sermones*; Symmachus τὴν γλῶσσαν habet, ut Vulgatus. Nam ut vivus sit sermo, mandis operibus debet animari atque fulciri. Hinc est quòd dextera de lege quoque dicatur: *Et dextera eorum dextera iniquitatis*; Chaldæus verit: *Lex eorum lex falsitatis*. Superiorum enim facta, sive proba illa sint, sive improba, subditorum quedam lex esse videntur, ad eò ut majorum exemplis minores quodammodo illigentur.

Purus autem sermo hic idem est quod fidelis, verax, sincerus, quando is, qui loquitur, nullos habet cordis anfractus malitiæ implexos, veteratiori fraude simulatos, quos inobscuret et tegat oratio; quando cor et lingua symphoniam dulci modulatur et concinunt, sibi que respondent, hymnumque veritatis et principii illius Deo assidue persolvunt; quæ candidi animi gratia est, et rationis in linguam prodeuntis et loquentis pulchritudo. Chrysologus sanè præclare, sermone 57: «Inter cor et linguam totum salutis huius manæ versatur et geritur sacramentum.» Totus fidei apparatus in iis reponitur, atque ex silentio et sermone textura fit quedam mirabilis, quam cælum et terra mirentur; quod denuntiat Apostolus, cum Romanos sic affatur, cap. 10, 10: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Neque mirum si doctissimus ille pontifex huius negotio tribuatur sacramentum, Numen siquidem intervenit. Cor Deo loquitur, os et lingua homini satisfaciunt, vel, ut verius dicam, utrumque nexum et religiose copulatum et Deo et humano generi servit, disjungi et discordare non possunt, quin sancta veritas mundi regina fidesque violetur. In iisdem illis duobus et aurcis in cardinibus non modo fides, verum et charitas et omne humane vite commercium volvitur; et labante uno atque resolutio mystici corporis elegantissima species et decora structura subsidit, et riuant molitur. Nam quæ potest esse in eo charitas genuina et christiana, cuius cor ait, lingua negat? cuius pectus amaro felle obducitur, lingua melle saccharoque dulcescit? An non monstrum horrificum est hoc biforale, celo inimicum, hominibus odiosum, in corde strictum habere gladium invidia et credulitate politum atque vibrantem, in lingua pacem amoremque ventilare? Pius cantor regni que vates in iustissimo monstra sæpè inciderat, quæ oratione sua pungebat, atque omni animo ac mente abominabatur, cum ait: *In corde et corde locuti sunt*, hoc est, duplici corde, ut Paphlagonicis videantur similes perdidicis, quæ duplici corde constare Plinius, lib. 11, cap. 57, alit-

que prodidierunt; in quibus est omen insite malitiæ, quòd illas maximè fraudulentas et afferre perniciem dicit Ælianus, lib. 10 de Animalibus, cap. 35, et lib. 16, cap. 15, ut non sit mirum, si ab Ægypto sapientes in hieographia sua, teste Pierio, lib. 24, perdidicem pro contumelioso posuerint. Sed quod natura in illis voluerit fecit, hoc improbas atque scelus machinatur in hominibus, ut geminum cor præferant, verum unum, aliud fictum, illud tectum et in arcano delitescens; quales *profundo corde* vocat Isaias, cap. 29, 15; hoc in os promptum atque eminent, ad fallendum compositum, cor eminentum, non ut Aristonensis olim pilosum, sed perfidiam malitiosum. Sed non talis Job, qui vel ipsismet Dei testimonio erat *vir simplex et rectus*, Græcè εὐθύς, *verus*, sincerus, minimè fucatus, ἀνομιότατος, non, (ut ita loquar), *hypocriticus* (ut perperam de ipso tres hi amici sentiebant); omnia in eo clara, pura, simplicia, nihil dolose fictum, nullum oris animumque tectorum, nihil tortuosum et fallax, nihil ad fraudem compositum, sed sermo ejus purus, et ipse mundus in conspectu Dei. Quod Apostolus nobis ante omnia commendat, ut *simus sancti et immaculati in conspectu ejus*, Ephes. 1, 4, hoc est Deo sacri, et terrenò omni contagione vitioque purissimi, uno verbo sancti. Et quod addit *immaculati*, in Græco ἁγνοί, sic ut ne Momus quidem reperire possit aliquid in nobis, quod vel carpat aut irideat. Præterea adjungit in conspectu ejus, ut intelligamus quæri à nobis sanctitatem non fictam, pictam et adumbratam, quæ futo ambitioso et fallaciæ puerili hominum oculis judicioque serviat, sed veram probatamque Deo, quam alio loco idem Apostolus *sanctitatem veritatis* appellat.

VERS. 5. — ATQUE UTINAM DEUS LOQUERETUR TECUM (1), ET APERIRET LABIA SUA TIBI, Optat Sophar, ut ipsemet Deus Jobum alloquatur, et amicorum moras minimè acquiescentem compescat et confundat, sua illi crimina, ob quæ puniebatur, ostendens, ut longè majori illa supplicio esse digna cognoscat, ne se de sermonis ac operum puritate amplius effecerat insolenter. Et sic non de quolibet, sed judiciali locutione, ser sententiæ prolatione, quæ Job reus ac sons declaratur, hæc intelligenda sunt. Septuaginta tamen ad familiarem cum Deo colloquationem referre videntur: quæ Job exoptasse creditur, quando peccavit, ut Deus videlicet deposita suâ auctoritate se alloquio dignaretur, et secum tanquam cum pari ageret, eò quòd nimis alioquin impar esset hominis cum Deo congressus, nisi se humane capacitati accommodaret. Unde sic vertunt: *Sed quomodo Dominus loquetur ad te, et aperiet labia sua tecum?* Quasi nimirum Sophar, significet Jobum Dei alloquio prosus indignum esse, ideoque illud frustra postulare aut exoptare. Quibus sanè verbis, habitâ personæ ac

(1) וְיִשְׁמַע בִּי דֵּבַר יְהוָה, et sanè verè. *Verumtamen, sed, et, enunero, quis det Deum loqui?* O si quis daret. ET APERIRET LABIA SUA TIBI, אֶפְתָּח, *tecum, contra te*, sicut cum provocasti. Sanè aliter rem habere intelligeres quam putas, nec ita justus appareres. (Synopsis.)

temporis ratione, haud leviter pungit ipsum, quasi Deus nunquam sic locutus sit, cum tamen istis temporibus non rarò Deus viris justis appareret ac loqueretur, ut ex factâ Eliphazo revelatione, quæ superius, cap. 4, describitur, et ex historia huius decursu, sub finem præsertim disputationis, et alius Scripturæ libris luculenter patet.

De modo autem istiusmodi divinarum locutionum et apparitionum, de quâ fusè disputant theologî, hoc breviter dici potest, eas ut plurimum fieri solitas per imagines et formas rerum sensibilibus in phantasiam representatas, sive per somnium dormienti, sive per visionem imaginariam, vel etiam verè sensibilem, externis sensibus vigilantibus objectam, quam communiter internæ illustrationis simul comitari solent, quibus res revelata melius percipiunt. Nonnunquam tamen viris perfectioribus et Deo charioribus perfectioribus quoque atque eminentioribus modo divinas allocutiones et revelationes accidisse ex Scripturâ colligitur, et Patrum et interpretum auctoritate atque expositione comprobatur. Quo modo ferè explicat illud Numerorum, cap. 12, 6: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum; at non talis servus meus Moyses, qui in omni dono meâ fidelissimus est; ore enim ad os loquor ei; et palmam, et non per ænigmata et figuras Dominum videt.* Quibus verbis, juxta Bonferrium, ex communi interpretum sententiâ Moysi cæteris prophetis eminentior prophetandi modus attribuitur, videlicet per intellectualem visionem et merè spiritalem allocutionem, absque imaginatiõis et formarum sensibilibus admixtione aut interventu, quod significatur per illa verba: *Ore enim ad os loquor ei; et palmam, et non per ænigmata et figuras Dominum videt.* Eandem ob causam David quoque cæteris præfertur prophetis, qui imaginarias visiones sortitus, quòd ipse analogice et purè, immaterialiter, sine phantasmatum velamento divina prævidit mysteria, et sacra cognoverit arcanâ: *Incerta, inquit, et occulta sapientiæ tuæ: manus festasti mihi*, Psal. 50, 8. Et iterum, 2 Reg. 23, 2: *Spiritus, inquit, Domini locutus est per me; et sermo ejus per linguam meam: sicut lux aurore oriente sole manet absque nubibus refulat, et sicut pluvius germinat herba de terrâ.* Quæ omnia simul summam quandam Moysis et Davidis cum Deo conjunctionem familiaritatemque declarant.

Cæterum quâ ratione Deus per internam allocutionem quæ vult nobis manifestet, res est obscura, neque nostri instituti est eam theologice disputare; satis nobis esse debet, Deo non deesse modos, quibus nos alloquatur, sive novo lumine indito, novæque, si necesse sit, rerum species imprimèndo, ipsoque hominis intellectu utendo ad ipsius rei manifestationem, sive sopitam rerum antecedentium memoriam suscitando, ac veteres, si quæ sunt in animo, species ordinando. In perfectis certè Dei revelationibus atque locutionibus, quomodocumque tandem fiant, sive verbo sensibili et externo, sive imaginario et interno, sive spiritali et merè intellectu, ita plerumque

Docet Deum humanā intelligentiā comprehendī non posse; *vestigia* autem Dei appellat *creaturas*, quas pulchra metaphorā S. Dionysius Areopagita, celestis Hierarchie cap. 2, § 4, ἀναγκαῖα appellat, id est, ultimos soni sibilos, ubi echo quasi desinit, eō quod subsecrē nobis Deum et improprie representant, ac quasi vestigium aliqd exhibeant, è quo in obscuram, qualem de Deo in hęc vitā habere possumus, cognitionem deveniamus. In creaturis enim Deus vel ut vestigia sui impressa relinquit, ut ibi signa quadam divinæ mentis, rationes scilicet ordinatissime gubernationis, deprehendi possint. Et quidem possunt pro exiguo mortalium captu rationes eę investigari, et ex parte inveniri, comprehendī verō minime. Eę quis enim rationes exhauriat, cur vel minimus lapillus ad hanc figuram, quantitatem, pondus, colorem, duritiam, et cum hęc illave proprietate creatus fuerit? Patet profectō nihil sine divinæ mentis pręscriptioe fieri; at in re quantumcumque tot insunt rationes adeo mirabiles, ut à mortalibus pernosci non valeant. Quapropter ex his Dei vestigiis evincitur minis multo posse omnipotentem usque ad perfectum reperiri, hoc est, exacte cognosci. Etenim, si quę incorporeę substantię sunt et simplices, et intellectuales et unitę, non solum non subjiciuntur sensibus, ut angeli et animę, ut per eos cognosci possint, sed neque per sensitiā, quę inferioris ordinis sunt, cognitione eas comprehendere, nec earum essentiam spectare possumus, quanto magis excellit Deus sensus et sensitiā, qui non est substantia, sed supra substantiam, neque simplex, sed supra quā simplex, neque intellectus, sed supra intellectua, neque unitas, sed supra unitatem, nec ullo termino circumscriptus, sed infinitate suā omnibus solutus; qui ut in se est neque ratione investigari, nec intelligi, neque nominari potest, ut S. Dionysius Areopagita, de divinis Nominibus cap. 4, et alibi passim docet.

Hinc Joannes Cyparissiotus in præmeditatione Expositionis materię primū hoc ponit axioma, c unum esse Deum, impartibilem, infinitum, expertem coloris, inaspectabilem, ex nullā naturali representatione cognitum, qui notionem, quando aut quomodo est, omnino repellit; quem nullo modo quavis parte mens capere potest, nisi tantum per fidem ex creaturis ejus quod sit, non autem quid sit. Ex nullā, inquit, naturali representatione cognoscitur Deus, sicut, v. g., lapis cognoscitur per speciem et similitudinem quę est in oculo, quia ἀνάλογος est, ut S. Dionysius ait, id est, omni specie caret et similitudine; ipse enim nullus creaturę similitudinem habet, nec habere potest. Deum itaque non cognoscimus videntes, quod est cognoscere ἐκ τῶν ὁρατῶν, sed ἰσχυροῦς ex creaturis per rationem; id est, ex similitudinibus Dei, eō pervenies, ut perfectionem invenias ejus? ut plene assequaris, quę illi sunt perspectissima, nobis ignota et abstrusa? Alii: Usque ad consummationem, i. e., ultimum terminum aut finem, aut ultimam quasi partem nature divinę ultra quā nihil sit ipsi reliquum. καὶ hoc versu notat assequi intellectus, ut Cohel. 3, 11; 7, 27; seqq. 8, 17. (Rosenmüller.)

quę in creaturis cernuntur, cognoscitur Deus, non quid sit, sed quod sit. Quomodo igitur reperitur, quem nihil eorum, quę notescut, declarat? Non forma, non color, non circumscriptio, non figura, non quantitas, non qualitas, non locus, non conjectura, non similitudo, non proportio; quin potius semper est extra omnem viam comprehendendi. Unde optimo concludit S. Dionysius magis propriam theologiam esse quę versatur in negantibus quā quę in aientibus, quantumquæ æquo intervallo ambe iste theologia à Deo absint. Est enim Deus supra omnem negationem et affirmationem, quę sit cognitio ejus; adeoque juxta Dionysium verior est theologia mystica, nihil videlicet de eo cognoscere aut philosophari, sed potius nescienter, et sine omni intelligenti eorum quę intelligentiā percipiuntur, cum eo per fidem, spem et charitatem conjungi ac copulari. Vide plura de hęc re apud S. Dionysium, libro toto de mysticā theologia, et nostras ibidem annotationes.

Dicitur autem Deus incomprehensibilis quadruplici ratione: Primò intellectus, quia nullus creatus intellectus, quantumvis sublimis, potest viribus nature illum attingere, ita ut illum clarè videat aut cognoscat sicut in se est, sed quantumvis ascendat mente in altum, semper infinitè aberit ab ejus clarā cognitione. Quinimo nec ulla mens creata, etiam cum lumine glorię quantumvis magno, potest illum comprehendere, hoc est, ita illum cognoscere, ut nihil ipsius lateat intuentem seu cognoscentem. Semper enim infinita, imò infinites infinita restabunt, quę distinctè non cognoscuntur seu concipiuntur, nempe infinite rerum notiones et conceptiones; infinite rerum conceptant, ut ad res possibiles terminantur; infinita decreta conditionata, infiniti modi quibus essentia divina est imitabilis. Et quamvis hęc omnia à mente creata in Deo distinctè viderentur per lumen aliqd glorię, quale est anima Christi (quod omnino est impossibile), adhuc tamen Deus propriè et perfectè non comprehenditur, quia illa cognitio claritate non adæquaret essentia divinę, nec per eam cognosceretur Deus tam perfectè et clarè quā est cognoscibilis, sed infinitè ab hęc claritate deficeret, cum sit finita; unde ei non adæquaretur, nec esset perfectè comprehensiva, sed solum secundum quid, nempe quoad multitudinem objectorum, non quoad claritatem et perfectionem cognitionis. Secundò est incomprehensibilis affectu, quia nulla mens creata potest illum amare, honorare, æstimare, laudare, revereri, quantum dignus est; sed ipse omnem amorem, honorem, æstimationem, laudem, reverentiam omnis creaturę, etiam omnium beatorum, infinitè superat, juxta illud Ecclesiastici, 45, 50: *Gloriantes ad quid valebitis? Ipse enim omnipotens super omnia opera sua. Terribilis Dominus et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius. Glorifiantes Dominum quantumcumque poteritis, superalebit vobis. Et admirabilis magnificentia ejus. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum poteritis: major enim est omni laude: exaltans eam replentini virtute. Ne laoretis, non enim comprehendetis. Tertio est incompre-*

hensibilis tempore, quia cum sit æternus, est ante omnem durationem conceptibilem, et quidem seculis infinitis; similiter est post omnem durationem conceptibilem seculis infinitis, ut Lessius pulchrè et fusè explicat, de divinis Perfectionibus lib. 4. Quartò est incomprehensibilis loco, quia cum sit immensus, nullo spatio quantumvis magno concludi potest. Vide ibidem Lessium lib. 2. Et de hoc, sequenti versu, ait:

VERS. 8. — EXCELSIOR CÆLO EST, ET QUID FACIES? PROFUNDIOR INFERNŌ, ET UNDE COGNOSCES (1)? — VERS. 9. — LONGIOR TERRA MENSURA EJUS, ET LATIOR MARI (2).

Pulchrè sanè periphrasi nobis ob oculos ponit immensitatem Dei, quatuor usus dimensionibus, altitudine, profunditate, longitudine, latitudine rerum corporearum, quas novimus maximarum, ex quibus ad incorpoream Dei naturam per excessum construit argumentum. Dicitur autem Deus immensus ratione magnitudinis et extensionis, quia nimirum ita in omnem partem sursum, deorsum, antrosum, retrorsum, dextrosum, sinistrosum extenditur, et quasi diffunditur, ut nullis locorum spatiis, nullis terminis circumscribi possit. Quę res est valde stupenda. Cogita extra mundum spatium mille leucarum in omnem partem extensum, adhuc ulterior est Deus. Cogita mille milliones leucarum, Deus ulterior invenitur. Cogita tot milliones leucarum quot arenę in omnibus littoribus, quot guttę in omnibus aquis, imò quot pulvisculi necessarii ad implendum totum universum, adhuc Deus infinitis leucarum millionibus ulterior existit, idque perfectissimè et completissimè, nempe in tribus personis, et cum omnibus suis perfectionibus, opibus et donis, quę in ipso eminenter continentur. Denique nullum spatium tam magnum ab ullā mente creatā concipi potest, quin Deus infinitè sit major, et infinitè extra et ultra illud in omnem partem diffundatur; non per partes sicut aer, vel aliud corpus, sed per se totum, et per suas (ut ita loquar) totalitates sicut spiritus; ita ut in puncto quolibet totius spatii sit totus non quasi fluctans et mobilis, sed firmiter prorsus et immobiliter tanquam omnium fundamentum. Tota magnitudo universi, respectu magnitudinis et extensionis Dei, est instar unius parvę guttę ad Oceani immen-

(1) Quod ratione putas deprehensuram altitudines cœli sapientiā divinā creati? q. d. Altior est cœlo sapientiā Dei.

(2) PROFUNDIOR INFERNŌ, etc., i. e., subterraneis terre cavitatibus, ipso terrę centro, quò nullus hominum penetrare valet. His verbis de Deo dicitis: *profundior inferno*, significatur nihil esse posse magis intimum, magisque familiare creaturarum universitati, et ejusque rei visceribus; istis autem: *Excelsior cœlo*, nihil esse minus inclusum, minusve contentum, minusve circumscriptum intra terminos universi orbis quā Deus.

(3) *VERS. 8. — EXCELSIOR CÆLO EST, ET QUID FACIES? PROFUNDIOR INFERNŌ, ET UNDE COGNOSCES (1)? — VERS. 9. — LONGIOR TERRA MENSURA EJUS, ET LATIOR MARI (2).* Alii absolutum faciunt *excelsior*, sed alienius. Ne exponas Anthropomorphitarum more, quasi Deus mole magnus esset; sed comparative ejus immensitatem sic ostendi. Sic Eph. 5, 18, sapientia Dei mensurari non potest; ab homine imper-scriptibilis est. Etiam externa illa homini sunt impossibilia, et summa est cœli altitudo, terrę profunditas, etc., quę etsi physici tentare voluerint, magis tamen per conjecturam dixerint, quā rei veritatem. (Synopsis.)

sitatem, vel unius pulvisculi ad vastitatem totius mundi, ut insinuat in Sapientiā, ubi dicitur, 11, 25: *Tanquam momentum statera sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta rotis antelucei, quę descendit in terram. Imò, ut verius dicam, nulla inter Dei et universi magnitudinem et extensionem est proportio; quę magnitudo extensionis divinę infinitè excedat non solum magnitudinem universi, sed etiam omnem magnitudinem ab intellectu creato conceptibilem. Neque his obstat quòd magnitudo corporalis et spiritalis non videantur posse comparari; quia etsi non possint comparari in naturā, possunt tamen in ratione extensionis, ut passim philosophi et theologi tradunt de animā et corpore, de angelis et eorum locis adequatis. Plura de his vide Lessium, lib. 2 de Perfectionibus divinis.*

Hanc divinę immensitatis cœlum terramque adimplentis et ubique presentis magnitudinem admiratus atque reverens David, eodem quo hic Sophar sensu exclamavit, Psal. 138, 6: *Quò ibo à spiritu tuo? et quò à facte tuā fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades: si sumpergo pennas meas diluculo, et habitaverò in extremis maris: etenim illic manus tuę deducet me, etc. Ubi per cœlum quoque et infernum divini Numinis altitudinem profunditatemque, et per diluculo et extrema maris longitudinem latitudinemque ad captum nostrum accommodatè designat. Ad locum ita pulchrè S. Chrysostomus in Catena Patrum Græcorum in Psalmos: « Quò, inquit, à te proficiscar? omnia implet, omnibus cades, non per partes, sed omnibus simul totus. Et non dixit: Quocumque abiero sequeris me; sed: Quocumque abiero, tu illic es; illic te inventio me præventerem. » Unde probat neminem esse qui possit evadere manum Dei; quia videlicet Deus ubique est, et omnia penetrat atque pervadit, sic ut nullus locus sit, ac ne cogitari quidem possit, quem Deus non repleat, in quo presens divina: meritis amplitudo non reperitur. Hinc etiam apud Jeremiam, 23, 24: *Nunquid non cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus.* Hujus sententię vim simili quoipiam eę exemplo exponere cupiens Mercurius Trismegistus, ait Deum circumlocum esse, cujus centrum ubique sit et circumferentia nusquam. At S. Augustinus, lib. 7 Confessionum, cap. 5, hanc omnium rerum universitatem velut spongiam cogitabat, quam undique mare infinitum ambiret ac penetraret; sic verò hunc mundum occupat, ut loco nullo divina mens definiatur et claudatur, sed simul (uti modo dictum est) in omni spatio, quod ullā fingi cogitatione potest, versetur: quod de spatiis extra mundum infinitis gravissimi theologi asserunt, et fortassis hoc loco Sophar insinuat, cum Deum cœlo excelsiorem pronuntiat. Hinc sanctus quoque Dionysius Areopagita, lib. de divinis Nominibus, cap. 5, Deum ait esse vim et substantiam ἀπαραχῆ παρῶν και εὐδαμῶν, ubique præsentem et nusquam; D. Athanasius eodem sensu, ἐν παντί και ἐξω τῶν ὁρατῶν, in omnibus et extra omnia. Quod Isidorus Hispalensis, lib. 1 de summo Bono, capite 2, eruditè in hunc modum illustrat: « Immensitas divinę*

magnitudinis ita est, ut intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum; et idem Interiorem, ut omnia contineat; ita exteriorem, ut circumscripta magnitudinis suae immensitate omnia concludat, etc. Pii viri hoc genere meditationis plurimum proficiunt, cum presentem ubique Deum cogitant et reverent. Multosque scimus a scelere et maleficio revocatos, quod adorandum omnibus Numen adesse cognoscerent, ejus fallere oculos aut ultricem erimimum manum effugere nulla ratione possent. Sanè potentissimum est hominibus frenum, quo usus David in magna fortuna fientia summ animam componebat. Divinè S. Leo, serm. 5 de Quadragesimâ: 'Ista ergo, inquit, scientia summi judicis, iste est tremendus aspectus, cui pervium est omne solidum, et apertum omne secretum; cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitentur, et sine voce mens loquuntur.' In eodem genere considerationis versatus Minutus Felix ita profertur: 'Ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est.' Disertè quoque se eleganter S. Bernardus, Serm. 6 de Dedicatione Ecclesie, ait: 'Deus ubique est non diversus, sed diversa distinguens, apud homines multos præstolans atque dissimulans; apud electos operans et servans; apud superos pascens et cultans; apud inferos arguens et condemnans.' Quare quis seculorum vivens in Dei presentia non effrescat, he dicam exhorrescat?

Tropologice S. Gregorius, lib. 10 Moram, cap. 7: 'Cuncta, inquit, hæc ad solum hominem referri possunt, ut ipse sit cælum, cum jam per desiderium summis inheret: ipse inferus, cum tentationum suarum caliginè perterritus in infimis jacet: ipse a terra, quia in bono opere fixa spei ubertate fructificat: ipse mare, quia in quibusdam trepidus quatitur, et aurâ suæ mutabilitatis agitur. Sed cælo est excelsior Deas; quia potentie ejus magnitudine vincitur, etiam cum super nosmetipsos elevatur: infero profundior, quia nimirum plus judicat, quam ipse humanus animus in tentationibus investigat: terra longinquior, quia fructus vitæ, quos in fine contrahit, nequaquam nunc vel spes nostrâ comprehendit: mari latior, quia humana mens fluctans a multa de his quæ ventura sunt conficit: sed cum jam cernere quæ æstimaverat cooperit, angustam se fuisse in suâ æstimatone cognoscit, etc.' Eleganter quoque Cyprianus, lib. de Idolorum vanitate, de vero Deo loquens: 'Hic est, inquit, unicus mundus rector, quæ universa quæ sunt verbi jubet, ratione dispensat, a virtute consummat; hic nec videri potest: visu clarior est; nec comprehendi: tactu purior est; nec rastimari: sensu major est. Et idè sic eum dignè æstimamus, dum inestimabilem dicimus.'

VERS. 10. — SI SEVERTERIT (1) OMNIA, VEL IN UNUM (2) *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* variè reddunt: *SI transit*, instar prædonis qui prædam abigit. *SI perveniat*, i. e., si Deus exeat à loco suo, et humanum genus pervadat, tanquam censor aliquis homines perstrans. *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ*, *transire*, Job. 4, 15, 9, 11. Et Isa. 8, 8, *excursabit*, i. e., extra alveum suum exibat, usque in Ju-

COAGTAVERTIT, QUIS CONTRADICET EI? Admirabilem divinæ potentie vim gloriamque deprecatur, quam deam. *Si transmeabit*, i. e., si operibus exeret se, ut supra, 9, 11. *Si mutaverit*, vel evertet, occiderit. *Si variet afflictiones; si evertet, si mutabit locum.* *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* proprie sign. *permutare*, sed et *excedere*. *Si accedat*, vel *ascendat*, vel omnia, vel civitates, vel aliquem, sive plium, sive impium. *Si rerum faciem et naturam ordinem invertat.* *Si exterriverit*, vel *exterrinare vult*. *VEL IN UNUM COAGTAVERTIT*, *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* et *concludat*, nempe in carcerem, scilicet hosti. *Heb. concludat*, metonymia finis, cujus exempla plura vide, Deut. 32, 30, Psal. 51, 9, et 78, 50, Thren. 2, 7. *Aut in manum alterius tradiderit*, *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* vel et, *congreget*, scilicet dispersos, in unum locum. *Aut congregaverit contra te scarios; aut suscipiet*, scilicet ad se, i. e., in tutelam suam; nota hic disjunctivam esse, ut Gen. 26, 11, Exod. 21, 15, 17, Jer. 44, 23. *Recipiens ad se, in cumulum coactaverit*, scilicet terram et incolas ejus. *Vel proprie, ex Hebraeo, in calum ventis fecerit*, seu intrudetur, è carcere et tenebris reducat. *Et ad certum admittat*, tanquam civitatis membrum. *Conter Deum, 29, 4, 2, 5.* Parabolitè sermo est, et respiciet ecclesiam *justorum*, Heb. 12, 25, Psal. 4, v. 5. *Sed malo hic in malum omnia sumi, et generaliter intelligi: Si congreget*, vel, familiam suam, ut cum eo quem in vincula conjicit contendant, etc.; vel, copias suas ad aliquem perdeadum.

QUIS CONTRADICET EI? *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ*, et *quis respondebit ei?* *Et quis avertet (impediet, prohibet) eum, quominus hæc faciat?* Quis obstat? Tanto quis est sapientia simul et potentia, nam utrumque hic conjungit, et *recludat*. *Quis retroget eum?* I. e., cogit redire in locum suum? è quo *extrit* dicitur *Domini*, Isa. 26, 21. *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* consecutum est, jungens antecessor et consequens; quod est usitatissimum. *Quis autem remorabitur eum, variè res versantem, ut alios recludat, alios in publicam notitiam edat?* Si hoc bene, illos male tractet, quis eum impediet? (Synopsis.) Non placent aliorum versiones; forsàn nec nos placebit; dicam tamen: *SI transit* (nempe, non, si *prætereat*, sed, si *accedat*, *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* enim mutationem significat vel statûs, vel loci), et *concludat*, *colliget*, et *quis reddere faciet eum?* *Vau* in *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* non copulativum est, sed redditivum, quod præcedens attinere nullo. Metaphora à venatoribus, qui, ubi prædam rebus concludunt, colligunt eam, et sua potestate faciunt. Ita Deus hostes concludit, etc., et colligit, et a nemine ad redditionem cogi potest. (Drusius.)

Verbis *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* notiones metaphysicæ in se includendi seu comprehendendi et *concludendi*, arbitrario planè tribuuntur; ut taceam, non omitti debuissent nomen *וְאִם*, si poeta cum, quem Bouillier vult, sensum exprimere voluisset. Rectè vero A. Schultens observavit intendi hoc versu infinitum Dei justitiam et sanctitatem, et hoc velle Zopharam, iudicem Numinis esse quidem tremenda, sed tamen iustissima, in quibus nihil erant aut argui queat, ac prorsus insipienter non minus quam injustè ac a Jobo taxari atque criminatationibus odiosissimis onerari. *Directè*, inquit Berg. in Not. MSS., opposita hæc verba Jobi, bonitatem causæ suæ delensantis, simulque declarantis fieri non posse qui contendens cum Deo in causâ quælibet optima semper succumbat, et quod superior Deo arlitur non sit, nec Deo pro arbitrio agenti stantèntique quisquam possit obstare: alioquin, si quidem manere possent et arbitrium conscientie suæ omnimodò adferre queat. Conf. cap. 19, 2, 11, 19, 29, 32, 35; 10, 2, seqq. Ad quæ Jobæ ita jam respondet Zophar, ut admissio comiti judicijque publico Deum componat cum eo, qui reactor rem vi prehensum in jus taxat, institutajque actionis erimicis reum peragit. (Verbum *וְאִם* per-

tantam esse ait, ut totam hanc universitatis molem nutu et voluntate contineat; quam, si Deus vellet, posset uno momento in nihilum redigere: præterea, quod maxime potentie magnitudinem arguit, hæc eandem machinationem tam vastam, tam partium dissimilitudine variam et compositione mirabilem, conservato omnium ordine et integritate, non modò in nucle includere, quod de Iliade Homeri fuisse factum memoravit Plinius lib. 7, verum et in punctum coartare posset. Quod si fecerit, inquit Sophar, quis contradicet ei? Quis poterit inficari, aut dicere: Cur ita facis? Stultum quippe mentium est divinæ potentie quidquam derogare, aut rationem à Deo exigere, cur hoc vel illud faciat, etiamsi rerum motus et invertat naturas, si diffusa coarctet, et compressa et coarctata dissolvat et distrahat. Quare illi contumeliam inferant Deo non vulgarem, qui negant posse Deum Christi corpus in hostiâ exigèdè ponere. Quod genus stultissimè impetiat an fludentium sit magis, an lugendum nescio; cum præterit negent Deo potentiam, et se finitè exitio perditum eant. *Quis loquetur potentias Domini?* ait Psaltes 106, 2; vel, ut est in Chaldaeo: *Quis poterit eloqui fortitudines Domini?* Ita vocat operum mirabilia et gloriosa, ad quæ necessaria est immensa quedam potentia atque fortitudo; quam *brachii potentiam* Virgo parens in Cantico suo nominavit, Luc. 1, 51. Eandem potestatem præconiosè exornans Judas Apostolus, ita in lib. vers. 25: *Soli Deo gloria, et magnificentia, et imperium*, etc. Quod ait *magnificentiam*, Græcè *μεγαλοπρεπεια*, Syrus interpres reddit *potentiam*. Itaque ipsam magnificentiam Cajetanus ait esse factivam magnorum operum. Nihil certè potest homo vel angelus mente concipere, et depingere cogitatione, quamlibet novum, peregrinum, insolens, operosum, mirabile, quod Deus efficere non possit, si modò non involvat contradictionem; inò verò multò plura et majora, et perfectiora, atque

pari facilitate quâ totum hoc universum perfectè verbo, nutu, voluntate. Potest mundum infinitis partibus nostro hoc majorem vastioreque efflicere, in quo cælum, terra, mare, atque hic complexus omnia orbis pitæ instar ad beatorum spirituum voluptatem et recreationem jectetur. Etiam mundos innumerabiles posset condere inexplicabili creaturarum varietate, quæ ab his quis videmus infinitis rationibus discriminarentur; alias invenire species tum elementorum, tum animantium, tum etiam intelligentis nature: quæ species naturæ, perfectione et pulcherrimis dotibus cogitationem omnem nostram antecant. Denique quanta est sapientia Dei, quæ exemplaria et *idæa*; possibilitium rerum innumerabiles continet, tanta est, illius vis et in efficiendo potentia, et amplam illam mentis intelligentiam exæquat, ut, cap. 9, vers. 4, declaravimus.

Cæterum sciunt magi solent artifices animi cæcogeni sui dare specimina, ut intelligatur quid in eo genere possiat, si quando serio agere et contendere animum voluerit: sic Numinis interminata potentia ludit in orbis terrarum, et scenam vult inducit insuetæ Majestatis: nam cum lubet solent sissit, ad æthere flammis devocat ad maleficia hominum puniendâ, aperit fontes abyssi, et involvit orbem; aufert spiritum principum, delet momento innumerabiles hominum legiones, in tumulo præterfactos sensu et vitâ et pulchritudine vitæ; superbissimum et gloriosissimum dæmonem, cum spiritus sit, corporato igne torquet, et mirabilibus affligit; denique subest cum voluerit posse: in que intendens meditationem animi sui, S. Petrus Apostolorum Corypheus monet ut humiliter sub potentiam manû Dei; et Christus, ut cum timeamus, qui potest animam mittere in gehennam. Luc. 12, 5. Hæc sanè meditatio divinæ potentie ad concipiendam Numinis admirationem, justissimum metum ac reverentiam potest sine dubio plurimum; quam proinde sancti omnes adhibuerunt.

Notandum hic pro verbis illis: *SI subverterit omnia, vel in unum coactaverit*, in Hebræo esse: *Si succidat, et concludat, aut congreget*; Septuaginta verò: *ἂν δὲ καταστρέψῃ τὰ πάντα, si evertit omnia*, solummodò traducentes; reliqua duo verba tanquam hæc uno comprehensæ prætermiserunt; quod nimirum verbum *evertendi* genericum sit, omnem excisionis et eversiois modum comprehendens. Vulgatus autem Interpres et genus et nimir præterea verbum transtulit, alterum prætermittit, nimirum *et concludat*; quod et genere et subjecta specie continebatur. Oportet igitur intelligere quem evertendi modum Sophar subjicit, si congreget atque claudat. Nam cum rerum distinctione compositus et ornatus fierit orbis terrarum, quò si omnia in unum locum ab eo compellerentur, fieret illa indigesta motes et rerum confusio, quam Chaos Græci nominant; quæ magna esset orbis terrarum eversio, quam præstare facile potest is qui distinxit et informavit universum. Declarat igitur Sophar scientiam Dei infinitam cum infinita eorum potentia esse conjunctam, ac proinde temerarium esse

derè, h. l., est eum *impetu irruere*, hostiliter invadere, ut, Isa. 8, 8, dicitur de *facio exundante* et obvia omnia obrute, ad Assyriæ regem designandum; item Isa. 21, 1, de vento, cum impetu irruente; conf. Habac. 4, 11. Michæas in *Supplem.* p. 785, coll. arabico *ponè vent, insectas et à tergo*, vertit: *SI insequatur assequiturque*, illud tamen magis congruit *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ* et *concludat*, seu *tradiderit* scilicet hominem angustis, miseriis, tanquam carcere industum, ex quo nullus exitus patet, conf. infra 12, 14; Deut. 32, 50; Ps. 51, 9, 78, 48, 50. *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ*, et *congregat*, concilium nempe totius populi ad te accensandum puniendumque, petiâ imagine ex formâ judiciorum antiquissimâ, quâ totus populus de reo sententiam dicebat. Comprehensus ab ærostratore vincitus ducebatur in coetum, ut populus iudicaret. Hinc Proverb. 8, 44: *in medio comitii et cortis*. Plantas alioque *Exoch.* 25, 40: *Comitium convocatus esse; eorum in terram atque ditionem con-* *stituit, et tabulibus eis obstruit*. Aldæ *Exoch.* 16, 50, 40: *Ad eam rationem hic denaturat ibrum aliquod et ignominiosum iudicium, homini divinitus inflictum, inspectante quasi universo populo.* *וְאִם יִשְׁתַּבֵּחַ*, et *quis eum avertet* scilicet ad instituto? seu repellat eum? ut supra, 9, 12. Hieronymus: *Et quis contradicet ei?* *Alidè refutatione* quæ fit allatis argumentis, ut infra, 45, 22, intelligunt, nec id male, quum in hoc versu *figure* sint à re iudicaria depremissæ. (Rosenmüller.)